

Le Bien Marie Cl<sup>o</sup>dette Sainte Marie  
Ver<sup>re</sup> il au 2 mai à la co<sup>te</sup> d'  
limon<sup>as</sup> yor<sup>ch</sup> bij<sup>ou</sup> le de main

29.9.





Digitized by the Internet Archive  
in 2016

<https://archive.org/details/deargillaspecime00spie>

DE  
A R G I L L A  
S P E C I M E N  
P R A E S I D E  
DN. JACOBO REINBOLDO  
S P I E L M A N N

PHIL. ATQUE MED. D. - CHEM. BOT. RELIQUÆQUE MAT.  
MED. PROF. PUBL. ORD. CAPITULI THOM. CANONICO  
ACAD. CÆSAR. N. C. ET PETROPOL. REG. BEROL. ET  
ELECT. MOG. SODALI, COLLEGII REG. MED.  
NANCEJ. HONORIS MEMBRO

P A T R O N O , P R A E C E P T O R E  
U S Q U E C O L E N D O  
DIE XXX. OCTOBRIS MDCCCLXV.  
H. L. Q. C.  
D E F E N D E T

JOHANNES DANIEL METZGER  
A R G E N T I N E N S I S.

A R G E N T O R A T I

Typis JOH. HENR. HEITZII, Universitatis Typographi.



LIBERALITATIS  
OTTONIANÆ  
DOMINIS  
DISPENSATORIBUS  
MUNIFICENTISSIMIS

VIRIS

MAGNIFICIS, AMPLISSIONIS, PRUDENTISSIMO  
MAXIME REVERENDO, CONSULTISSIMIS.  
EXPERIENTISSIMO, EXCELLENTISSIMIS

DE RE TAM PUBLICA QUAM LITERARIA

OPTIME MERITIS

UT GRATISSIMI SUI ANIMI TESTIMONIUM

EXTARET


HOC SPECIMEN

D. D. D.

RESPONDENS.

L.      B.      S.

Amplissimi Argillæ ordinis tria nunc exhibentur genera; aliis occasionibus reservamus reliquarum historiam; & ea, quæ circa Argillæ compositionem Chemia hactenus detexit. Sufficiet nunc methodum indicasse, quo modo terrarum genera, largissime per orbem dispersa, ita queant ordinari, ut quos una regio inde trahit usus, reliquæ similibus instructæ quoque queant haurire.



§. I.

**V**arium terræ voci Auctores tribuunt significatum. Sensu latissimo denotat substantiam sicciam ex minutis partibus constantem, quæ, nisi vinculo quodam uniantur, inter se non cohærent; talem terram omnis & siccitatis & soliditatis principium esse, recte hinc, si sincera fuerit, elementis adscribi, sagaciores & veterum & recentiorum Philosophi agnoverunt. ARISTOTEL. Meteorol. L. IV. C. 8. GALENUS de simpl. Medicam. facult. L. IX. BECCHER. Physic. subterrani Sect. III. Cap. 2. DUHAMEL Philos. ad usum Burgund. Tr. I. Diff. III. C. 4. STAHL Spec. Beccher. P. I. Sect. I. n. 25. BOERHAAVE Elem. Chem. P. II. 662. &c. Sed magis stricte & ad vulgarem loquendi methodum accommodate, illa modo terra, quæ injecta aqua statim solvitur & fit lutum, cum GALENO l. c. proprie Terra dicitur, reliqua arenæ vel sabuli voce exprimitur: AGRICOLA de natura fossil. L. I. 575. HENKEL de lapid. origine p. 14. REAUMUR Mem: de l' Acad. Roy. des Scienc. 1730 p. 248. sq. LUDWIG Terr. Mus. Dresd. p. 19. & 31. LINN. Syst. Nat. WOLTERSDORFF System. mineral. p. 9. HILL Hist. of fossils p. 1. DA COSTA Hist. of fossils p. 119. dissolubilis epitheto illam distinguit CARTHEUSER El. mineral. p. 1. Hæc terræ qualitas, qua se in aqua suspendi patitur, sicuti evidenter characterem, quo la-

A

pideam

pideam fossilium classēm in duos ordines distinguere possumus, nobis largitur, sic unde surrexerit inquirere, mentes eorum quæ naturā exhibet curiosorum, incitat omnino, & id quidem eo magis, cum iteratis viderimus experimentis, quod hæ terræ, variorum salium ope, ita queant disponi, ut se etiam ab aqua omnino patientur dissolvi, ita ut inde, nisi evaporatio accedat, neutquam recedant.

## §. II.

Multa sunt, quæ videntur suadere, quod terræ stricte sic dictæ ex fabulo surrexerint, & quod inde surrexerint, cum isti aliquid aquæ accreverit; terram enim, si aquam acceperit, aquæ connubium subire, evincunt ea, quæ circa mixtionem salinam post STAHLIUM & HOFFMANN de Generat. Salium evicit PRÆSES de Principio Salino §. 12. & Institut. Chym passim: terræ præterea siccissimæ, si in vasis clausis valido igne urgentur, semper aliquid aquæ solent fundere, observantibus inter plures HIERNE Tentam. Chym. I. p. 4. LEHMANN & BRANDES Mem. de l' Acad. Royale de Berlin 1757. MEYER Chym. Versuch p. 15. & KÜLBEL de Causa fertil terra, ex humo separavit terram, quæ cum aqua filtrum transiit; imo terræ satis facile salibus accrescunt, & cum eis mixta salina formant, seletinis, salis ammoniaci fixi, salis mirabilis Glauberi ex fontibus salinis & aqua marina obtinendi, lixivii nitri, aluminis, salis vegetabilis cum creta parati &c. exemplo; ipsæ denique terræ, si aquam ex mixtione sua amiserunt, in fabulum aut lapides, quorum ramenta fabulum constituunt, transeunt; lapides corneos ex creta oriri SAULMON Hist. de l' Acad. Royale des Sciences 1707. p. 7. probavit; silices ex argilla surgere viderunt REAUMUR & BASIN Hist. de l' Acad. Roy. des Scienc. 1721.

&amp;

& 1739. & suspicatur HENCKEL de *Lapid.* orig. Sect. I.  
n. II.

### §. III.

Terrarum divisionem, quam THEOPHRASTUS de *Lapidibus* n. IX. tradit, in tales quæ fundi possunt, quæ igne in calcem abeunt, & quæ nullam ab igne mutationem patiuntur, longe plures ex recentioribus sunt secuti, qui priores vitrescentes, secundas calcareas, tertias apyras dixerunt; sed minus bonam hanc distinctionem esse, vel sola Illustr. POTT *Lithogeognosia* evincit: reliquis, quæ apud Auctores occurrunt terrarum distinctionibus recensendis supersedemus, cum nobis hic otium fecerit Clarissimus VOGEL in *Dissertat. circa Terrarum atque lapidum partitionem*, Gottingæ 1762. habita. Duo soluimodo genera summa terræ stricte sic dictæ (§. 1.) possunt assumi; unum sub se comprehendit illas, quæ solæ, calore qualem nostræ fornaces subministrant, nunquam in substantias duras abeunt; alterum, eo, quem dixi calore evidenter induratur, gradu duritiei vario; illud *Calcareum*, hoc *Vitrescens* appello: hoc semper acidorum actioni resistit, illud habet species, quæ cum acidis effervescent & *Absorbentes* dicuntur, sed habet quoque tales, in quas nullæ acidis vires sunt, & hæ *Gyporum* nomine veniunt.

### §. IV.

Terras vitrescentes accuratius lustraturis multum difficultatis objecerunt ea, quæ omnem fossilium historiam ad nostra usque tempora reddiderunt difficillimam; naturæ nimirum in producendis fossilibus luxuria, qua fit, ut rarissime eorum aliquod purum, sincerum, genuinum reperiatur, vix non semper varia inter se commixta occurrant &

hinc difficillimum sit eruere, quæ singulis propria sunt, quæ habent a peregrinis; his accedit, quod per longissimam annorum seriem fossilium inquisitio hominibus ruderibus, qui inde vitæ sustentationem, nequaquam rerum naturalium cognitionis incrementa quæsiverunt, relata fuerit, autores autem non quæ ipsi examinarunt, sed modo ea, quæ a plebe acceperunt, nobis tradiderint: eruditorum præterea plures unice occupati erant in eruendis vocibus, quæ a veteribus ad nos descendenterunt, & tempus perdiderunt circa laborem, qui nunquam succedere potest, cum Veterum descriptiones vix non omnes, sint, si quæ aliæ, mancæ & minus adæquatæ: alii autem scriptores cum Vegetabilia & animalia notis facile sub sensus cadentibus distingui posse viderint, id idem etiam circa fossilia tentarunt experiri. Speramus ideo indulgentiam, si, viam incedentes a paucioribus tritam, alicubi a justo tramite deflectimus, & vocibus apud Autores occurrentibus significatus tribuimus, qui non omnibus substantiis convenient, quas ipsi eisdem compellarunt.

## §. V.

*Argilla* est terra, quæ cum aqua in pastam ductilem abit &, cum igne iuduratur, cohærens manet.

*Marga* cum aqua pastam ductilem format, in aëre dilabitur, igne quidem induratur, sed friabilis est & in squamas diffilit.

*Tripela* est marga fabuli expers, aspera.

*Ochroma* dicimus, argillam vel margam laxam luteo vel rubro colore insignitam.

*Bolus* cum aqua difficilius in pastam redigitur, igne fornacum per se in vitrum pellucens fundi nequit.

*Ollaris* nomine nobis venit Bolus, qui torno potest figurari.

Asbe-

*Asbestus* nobis audit Bolus in fibras longitudinales ordinatus.

*Schistus* autem est Bolus ex laminis latis extructus.

*Limus* cum aqua difficultius in pastam abit, calore induratur quidem, sed efformat substantiam friabilem & igne majore in Vitrum confluit.

## §. VI.

I. Argilla igne in substantiam albam, semi-pellucidam abiens.

1) Porcellana splendens, fabulosa, Porcellana Autorum.

*Argilla durior albo cœrulea tenax.* HILL. *Hist. of fossils.* p. 29. n. 5. *Argilla Sinensis altera.* DA COSTA *Hist. of fossils.* p. 34. n. 7.

Pallide cœruleo-alba, gravis, linguæ valde adhæret, digitos non inquinat, si super superficiem asperam dicitur, relinquit lineam albam, parum fabuli vehit.

Reperitur in China.

2) Porcellana cohærens, non splendens, nec fabulosa.

*Argilla Sinensis.* DA COSTA *Hist. of fossils.* p. 34. Alba cum maculis flavis, linguæ adhæret, digitos inquinat.

In China.

Num huc pertinet *Porcellana mica* & *quarzo mixta,* *maculis flavis variegata,* ex Portu Ludovici MACQUER *Mem. de l' Acad. Royale des Sc.* 1758. p. 162?

II. Argilla igne in substantiam albam abiens.

*Argilla fistularis* BROMEL *Mineral. succ.* p. 7. & VOGEL *Mineral. System.* p. 32. qui rationem, qua fistulæ paramuntur, tradit. *Argilla subtilis igne indurescens* & *palleescens*

CARTHEUSER Elem. Mineral. 6. Marne, terre à pipes Oryctologie 123. DE BOMARE Regne mineral I. 84. BERTRAND Dict. Oryct. Terra porcellana, Argilla apyra, Versuch einer neuen Mineral. §. 78. Terra porcellana, BAUMER Mineral-Reich p. 151.

I) Argilla fistularis cohærens, superficie splendente, sableli expers.

a) pallide alba.

Greyisch tobacco pipe clays PLOTT Staffordshire p. 121. Argilla cinerea Herlesbergensis, ex qua Norimbergæ cum terra arenosa fuit vasa liuationis, in quibus aurichalcum conficitur, & Terra cinerea Hispanica, ex qua vasa liuationis fuit admistis testis vasorum fractorum, KENTMANN Nomencl. fossil. fol. 4. n°. 7. a dusky grey earth WOODWARD Nat. Hist. of fossils p. 7. Argilla cinerea Heroldsbergensis BAIER Oryctogr. p. 13. qui suo tempore adhuc eam ad usus a KENTMANNO indicatos, nec non ad lateres pro fornaci bus metallurgicis adhiberi tradit. Argilla grysea ad Holmiam unde ad Rœstrand vasa porcellanea parantur, BROMEL Mineral. Suec. p. 7. Argilla grysea-alba, ponderosa, dura, HILI Hist. of fossils p. 19. Argilla vitrescens rufa, WALLERII Mineral. §. 13. Argilla alba cum acidis von effervescentis Varietas alba, subcinerea, pura, non arenosa, LUDWIG Terr. Mus. Dresd. p. 112. & 113. qui huc adducit Gudensem, unde fistulas tabacarias formant, Coldiceensem, Harthensem, Halensem, Munsterbergensem, Quedlinburgensem, Radisensem, Lipsensem, qua figuli plerumque utuntur, & Boleslavensem. Argilla cinerea, DA COSTA Hist. of fossils p. 45.

Ponderosa, digitos non tingit, linguae firmiter adhaeret.

In

In Germania, Suecia, Anglia passim occurrit. Apud Anglos eadē vasa figurina pingunt; ab iisdem ad ollas, in quibus aurichalcum fundunt, adhibetur.

8) Viridescens.

*Marga indurata virescens.* DA COSTA *Hist. of fossils.* pag. 73.

Pallide gryseo-viridis, leviter linguæ, neutiquam digitis adhæret.

Ad Cassum in Tartaria.

Turcae eam *Caffacea* dicunt & abstergendi ergo in balneis adhibent.

2) Argilla fistularis, cohærens, superficie splendente & unctuosa, fabulosa, alcalina.

a) Multum splendens.

*Paratonium PLINII H. N. L. XXXV. C. 6. n°. 18.*

*Argilla albissima ponderosa tenax, quæ Paratonium Authorum HILL. Hist. of fossils p. 17. Marga argillacea pinguedinem imbibens WALLERII Mineral. S. 15. Steatites, quæ Paratonium antiquorum, DA COSTA Hist. of fossils. pag. 35.*

Gravis, friabilis, digitos non tingit, leviter linguæ adhæret.

Reperitur & frustatim & in venas ordinata tam in Archipelago quam in Cornubia.

Veteres ea ad picturam utebantur, ad Vauxhal porcellana inde paratur.

8) Minus splendens, leviter unguinosa.

Argilla linguæ fortiter adhærens, cuius quarta & vigesima pars a fabulo efformatur.

Ad Sufflenheim in præfectura Hagenoviensi ad profunditatem trium pedum sub humo occurrit,

Parantur inde optimi lateres pro fornacibus vitriariis.

3) Ar-

3) Argilla fistularis laxa, superficie splendente & unctuosa, fabulosa.

*Terra Samia Collyrion DIOSCORID. Mat. Med. L. V.  
Cap. 172. PLINII Hist. Nat. L. XXXV. Cap. 16.  
ORIBAS. Medic. Collect. L. XIII. 2. ALDROVAND.  
Mus. Metall. p. 239. CÆSALP. de Metallic. Lib. I.  
Cap. XI. IMPERAT. Hist. Natur. Lib. V. Cap. 16.  
Mus. Calceol. p. 113. MERCAT. Mus. Metall. p. 15.  
CHARLETON fossil. 221. Marga saxatilis Norwegica  
WORMII Mus. p. 5. Cum Veteres ex terra Samia  
vasa pararint testibus PLAUTO Captiv. Bacch. Me-  
nechm. CICERONE pro Muræna, PLINIO l. c. C. 12.  
&c. hinc ea minus bene videtur Margæ adscribi.  
HAYTERSCLAY a. 7. WOODWARD fossils of England II.  
63. Argilla levissima alba, friabilis. HILL. Hist. of  
fossils. p. 18. Terra porcellana farinosa, Versuch  
einer neuen Miner. 84. Terra albissima ad Geram,  
JUSTI Mineral-Reich §. 408. Cinolia alba, altera.  
DA COSTA Hist. of fossils 32.*

Levis, digitos inquinat, firmiter adhæret linguæ.

Solam ad parandas fistulas tabaci non posse adhiberi  
monet DA COSTA.

In Angliæ insula Vecta & in Germania occurrit.

4) Argilla fistularis, cohærens, unctuosa, fabuli expers.

a) Lætea, rubro variegata.

*Argilla nivea, hinc inde incarnata. LINN. Syst. Nat.  
p. 207. Argilla inulurata alba. DA COSTA Hist. of  
fossils p. 35.*

Nec digitos inquinat, nec adhæret linguæ.

In variis Germaniæ locis occurrit.

b) Nivea nigro-variegata.

*Steatites alba nona, seu Italica. DA COSTA Hist. of  
fossils p. 44.*

Levis, linguæ firmiter adhæret.

5) Argilla fistularis, cohærens, superficie unctuosa, fæbulosa.

a) Dura.

a) Lævis.

A) Albissima.

*White clay of Amalebreh.* BORLASE Nat. Hist. of Cornwall 63. *Cimolia alba quinta.* DA COSTA Hist. of fossils 33.

Digitis adhæret.

In Devonia & Cornubia occurrit, parantur inde celebratæ Brosely fistulæ, adhibetur quoque ad coquendos lateres pro fornacibus fuloriis.

B) Pallide alba.

*White Tabacco-pipe clay PLOT Staffordshire 121.*

*Tabacco-pipe clay a 8.* WOODWARD fossils of England II. 63. *Argilla candida seu tabacina de Sommerschenburg Ducatus Magdeburgici* & ex monte Schwarzenberg BRUCKMANN Epist. Itin. Cent. II. 1196. *Argilla ponderosa, alba, dura, Cimolia alba officinarum.* HILL. Hist. of foss. 18. *Argillæ albæ, cum acidis non effervescentis Varietas candida, pura, glabra, parum arenosa.* LUDWIG Terr. Mus. Dresden. 112. ex cuius speciminiibus huc referendæ videntur *Gudenfis ex Hollandia Australi, Grimmensis, Coldicensis, Halensis, Lignicensis, Passaviensis, Leucopetrensis, Boleslaviensis.* *Argilla alba* WÄLLERII Mineralog. §. 13. *Argillæ Tesselatæ Variet. , , ,* n. SCHREBER Lithogr. Hallens. n. 134. *Terra porcellana Japonica, Versuch einer neuen Mineral.* 84. *Cimolia alba* DA COSTA Hist. of fossils 32. *Argilla alba* BAUMER Mineral. Erford. §. 2.

Leviter digitis adhæret, sed linguae firmiter.

Specimina Anglica, Belgica & Magdeburgica ad

parandas fistulas tabaci adhibentur, qua ratione ultimum pro hoc scopo præparetur, tradit BRUCKMANN *Breslauer Natur- und Kunstgeschicht.* 1726. trimestr. *Aestiv.* 108, qui idem in *Epist. It. l. c.* quod eodem ad abstergendas maculas ex pannis utantur, tradit; Lignicense specimene autem optima vasa fictilia constituere, Cl. LUDWIG *l. c.* monet.

Occurrit in Anglia, Belgio & Germania.

b) aridior.

*Argillæ albæ cum acidis non effervescentis varietas aspera nonnihil arenosa* LUDWIG *Terr. Mus. Dresden.* 113. qui huc Boleslavensem, Freyburgensem ex Ducatu Leucopetrensi, Lignensem, Nericianam, Coldicensem, Michelheimensem Franconiae, & Annabergicam refert.

Argilla ad Weissenburgum occurrens, cuius octava pars fabulo constituitur & qua nostrates figuli adipienda vasa utuntur.

c) Friabilis.

a) Alba, variegata.

*Argilla alba altera.* DA COSTA *Hist. of fossils* p. 34. Pallide alba, crebro flavo variegata, digitos inquinat, parum fabulil vehit.

Occurrit in Comitatu Saloppiensi, ubi ad opera figurina adhibetur.

b) Alba, firmiter linguæ adhærens, cuius decima quinta pars fabulo efformatur.

Ad Weisseburgum, ubi bolus dicitur:

c) gryfea:

*Cimolia of a dark leaden colour* WOODWARD *Hist. of fossils* I. p. 4. *Argilla Cimolianum gryseam* referens GRONOV. *Supell. lapid.* p. 105. *Argilla cinerea quarta* DA COSTA *Hist. of fossils.* 46. *Argilla gry-*

*grysea Malbodiana*, unde vasa figulina exquisitiora  
in Flandria parantur MACQUER Mem. de l' Acad.  
R. des Scienc. 1758. 162.

Profunde cinerea.

In variis Angliae provinciis; in Normannia Galliae  
& Jersey Americæ occurrit.

6) Argilla laxa; unctuosa, alcalina.

*Steatites alba Septima*. DA COSTA Hist. of fossils. p. 43.

Alba, crebra mica conspersa, linguæ firmiter adhæret,  
digitos non inquinat.

Passim in Anglia.

7) Argilla cohærens, sabuli expers.

a) Alba.

*Cimolia alba*, WOODWARD Hist. of fossils I. 4. Ci-  
molia alba tertia. DA COSTA Hist. of fossils 33.

Pallide alba, digitos inquinat.

In Comitatu Hamtoniensi & Landgraviatu Cassellano.

b) Nigra.

*Argilla ponderosa, nigra, friabilis* HILL. Hist. of  
fossils 36. *Argilla nigra*, quæ in igne candida eva-  
dit HELWING Lithogr. Angab. 13. *Argilla nigra*  
*Kunnersbergensis*, LUDWIG Terr. Mus. Dresd. 115.  
IV. 1. 2. *Terræ porcellanaæ phlogisto*, aliisque he-  
terogeneis mixtae varietas nigra, la terre noire de  
Monmartre, Versuch ein. neu. Min. 85. *Argilla*  
*fusca ad Montereau* MACQUER Mem. de l' Acad. R.  
des Scienc. 1758. 161. *Cimolia nigra*. DA COSTA  
Hist. of fossils 30.

Gravis, digitos non inquinat, linguæ adhæret.

In Galliae Insula, nec non ad Monaferiolum Seno-  
num, ubi vasa lapidea inde parant, passim in An-  
glia & in Borussia.

Fistulæ tabaci inde parantur, adhibetur quoque ad  
opera figulina.

Argilla extus nigerrima, intus grysea, ad Weissenburgum.

8) Argilla fistularis cohærens, fabuli expers, alcalina.

*Cimolia alba sexta.* DA COSTA *Hist. of fossils* 42.

Alba, cum vestigio coerulei, manus inquinat, linguæ adhæret.

In Dorsetia Angliæ.

Fistulæ tabaci inde parantur.

Argilla alba, flavo variegata, linguæ valide adhærens, digitos non tingens, cum aqua spumans. Ad pontem Reintrudis.

Argilla lamellata albissima, linguæ adhærens, mollis, digitos tingens: ad Bergheimum, Alsatiæ superioris oppidum.

9) Argilla fistularis, cohærens, superficie arida fabulosa.

a) Mollior.

*Argilla subcinerea, spissa, Waldenburgica, ex qua fuit vasa KENTMANN Nomenel. foss. fol. I. Argilla alba & arenosa ad Winkelheyd prope Altorfum, unde parantur olla seu catini, in quibus vitrum funditur.* BAYER *Oryctogr. Noric.* 13. *Argilla albæ cum acidis non effervescentis varietas alba subcinerea, non nihil arenosa.* LUDWIG *Terr. Mus. Dresd.* 114. quo refert Hainoviensem ex Silesia, Haslaviensem, Dresdensem, Grunbergensem, Meranensem, Nericianas aliquot, Cizensem, Mittweydensem, Altorfensem in praefectura Chemnizeni, qua figuli Pœnigenses utuntur &c.

Leviter linguæ adhæret, & digitos tingit.

In Anglia adhibetur pro parandis vasis porcellanis ad Vauxhal. Waldenburgi vasa inde cocturi, ipsi arenam adjiciunt, testibus AGRICOLA & ALBINO Meissn. *Berg - Chronik*, tit. 23. p. 173.

Argilla gryfeo - alba, flavo - variegata, ponderosa,  
leviter aspera, cuius ponderis quarta pars fabulo  
constituitur.

Ad Hagenoviam.

Argilla alba tenax, linguæ leviter cohærens, cuius  
duodecima pars a fabulo efformatur.

Ad Heimbach, trans Rhenum: a figuris Colma-  
riensibus in usum trahitur.

*e)* Lapidea.

*Argilla indurata Derbiensis.* DA COSTA Hist. of fossils  
41. Cum descriptione fodinæ, unde eruitur.

Pallide cinereo - alba, mica alba conspersa, nec di-  
gitos inquinat, nec linguæ adhæret.

Adhibetur ad opera figurina.

*io) Argilla fistularis laxa, arida, fabulosa, alcalina.*

*a) Cœrulea.*

*Argilla cœrulea quinta.* DA COSTA Hist. of fossils p. 59.  
Plumbea, gravis, vix digitis, neutiquam linguæ  
adhæret; valde tenax, multum fabuli vehit.

In fodina calcaria apud Bathoniam.

*b) Variegata.*

*Argilla variegata cum acidis effervescens.* LUDWIG  
Terr. Mus. Dresden. 115. *Argilla rubro - alba.* DA  
COSTA Hist. of foss. 45.

Digitos inquinat, multum fabuli vehit, occurrit  
etiam ejus varietas flavo alba.

Reperitur frustatim ad Darbiam Angliæ.

*γ) Alba, levis, parum fabulosa.*

*Terra Melitenis* ALDROV. Mus. Metall. 253. IMPE-  
RAT. Hist. Nat. L. V. C. 37. CALCEOL. Mus. 130.  
B 3. WORMII

WORMII *Mus.* 6. cum iconibus varie sigillatæ,  
 CHARLETON *de fossil.* 222. JACOBÆI *Mus.* 39. cum  
 descriptione speciminis sigillati, MERCATI Metal-  
 lothec. p. 17. KUNDMANN *Promptuar.* 246. &  
 Rarior. *Natur. & Artis* 243. cum recensione va-  
 riorum sigillorum, quæ ipsi imprimi solent. LUD-  
 WIG *Terr. Mus. Dresd.* Tab. VII. Morochtus are-  
 nosus, cum acidis effervescens Ejusd. l. c. p. 83.  
 qui huc præterea refert Bolum Lithuanicum, Cre-  
 tam tophaceam Suecicam Blecke dictam, Morochthum  
 ex valle Plauenſi, alium ex pago Mollis Glaronen-  
 sum, & duos ex Mœnchenſtein prope Basileam.  
*Lapis D.* Pauli CÆSALPIN. de Metallic. L. I. C. 12.  
*Marga friabilis*, *levis*, *albescens*, quæ Terra Me-  
 litensis *Auctorum Hill. Hist. of fossils* p. 37. *Creta*  
*albescens*, *Terra Melitensis* dicta. DA COSTA *Hist.*  
*of fossils.* p. 81.

Obscurius alba, cui interdum vestigia aliorum co-  
 lorum accedunt, firmiter linguæ, levius digitis  
 adhæret.

In Italia & Germania.

### III. Argilla, quæ igne coloratur.

Argilla communis, lutum, WOLTERSDORF *System.*  
 mineral. p. 11. Argilla vitrescens rudis, Argilla co-  
 lorata, Argilla tessulata figulina WALLERII *Mineral.*  
 §. 13. Terre glaise, Oryctologie 122. Argilla tesse-  
 lata, Argilla carulescens LINNÆI *Syst. Nat.* 207.  
 Argilla rudis, pura, Argilla rudis calcarea, Argilla  
 igne vitrescens CARTHEUSER *Elem. Mineral.* §. 6.  
 Argilla vulgaris. VOGEL *Mineral. Syst.* p. 28. & Ter-  
 rar. partit. p. 15. Argile a Potier, Argile colorée,  
 Argile bleue marbrée BOMARE DE VALLMONT, Mi-  
 neral. I. §4. &c. Terra porcellana, marte mixta,  
 Argilla

*Argilla communis*, Vers. einer neu. Mineral. §§. 83.  
§. 90. *Argilla figurorum, lutum*, BAUMER Miner.  
§. 150.

- 1) Argilla igne alba, cum vestigio rubri, unguinosa, fabulosa.  
a) Grysea, ferrugineo-variegata, linguæ non adhæret, ejus tertia pars a fabulo rudiore efformatur.  
Reperitur in fodina plumbi a Dorothea denominata ad fanum D. Mariæ.  
b) Gryseo-fusca aurifera Cl. MACQUER Acad. Reg.  
*Scient. Paris.* 1758. 161.  
Gornaci in Normannia.  
Inde vas a pro fundendo vitro ad Sévres parant.
- 2) Argilla igne alba cum vestigio rubri, fabulosa.  
a) Variegata.  
Grysea albo & luteo variegata, linguæ non adhæret, ejus nonam partem fabulum efformat, igne ita induratur, ut chalybs inde scintillas vomat.  
Hunavillæ.  
Cum illa ex Rittloch ad n. 16. dicenda ad opera fidelium recipitur.
- 3) Concolor:  
Grysea, linguæ non adhærens, ultra tertiam sui partem fabulo efformata, ex chalybe scintillas elicit.  
Ad Betschdorf in præfectura Hagenoviensi.  
Inde adjecto sale alcali vas a parant.
- 3) Argilla igne alba, cum vestigio rubedinis, alcalinæ, laxa, fabuli expers.  
Grysea, luteo-variegata, linguæ adhæret, alcali privata, igne rubra evadit.  
Non succurrit, ex quo Alsatiæ loco eam receperimus.
- 4) Argilla igne cinerea, splendens, unctuosa, fabuli expers.

*Steatites:*

*Steatites nigra* DA COSTA *Hist. of fossils* p. 31.

'Cœruleo-nigra seu plumbea, levis, digitos inquinat,  
lineam plumbeam dicit, linguæ non adhæret.

Ex Pensylvania.

Ab hac parum differre videtur Argilla cinerea, durior,  
nec linguæ, nec digitis adhærens, & quæ igne ci-  
nerea evadit, cum vestigio rubri.

Ex Alsacia.

5) Argilla igne grysea, lœvis, unctuosa, fabulosa.

a) Fusca.

*Smettis nobilior, variegatus, cum acidis non efferve-  
scens.* LUDWIG *Terr. Mus. Dresd.* p. 110. *Marga  
fullonica altera.* DA COSTA *Hist. of foss.* p. 71.

Pallide fusca, flavo-variegata, nec digitos inquinat,  
nec linguæ adhæret, parum fabuli vehit.

In Viltonia Angliæ & in præfectura Nossensi Saxo-  
niae a fullonibus in usum trahitur.

b) Albida.

Flavo-variegata, cum aqua spumam format, &  
paucissimum fabuli vehit.

Ad Wintershausen, vicum Alsatiæ inferioris.

Nostrates fullones ea utuntur.

6) Argilla igne ex flavo grysea, unctuosa, fabulosa.

*Purbek clay* WOODWARD *Hist. of fossils.* II. 63. *Terra  
bolaris Waldenburgica.* LUDWIG *Terr. Mus. Dresd.*  
p. 96. n. *Argilla Langeleubeensis, ex qua figuli Pœni-  
genses vasa conficiunt.* EJUSD. *ibid.* p. 113. III. λ.  
*Argilla alba tenax.* HILL *Hist. of fossils* p. 19. *Ci-  
molia alba quarta.* DA COSTA *Hist. of fossils* 33.

Alba, crebro flavo maculata, valde viscida, nec digi-  
tis, nec linguæ adhæret.

Variis in Angliæ locis occurrit.

Egregii lateres inde coquuntur, eam quoque ad vasa  
figulina adhibent.

7) Argil-

- 7) Argilla igne pallide - flava, sabuli expers.  
*Steatites viridi-alba.* DA COSTA *Hist. of fossils* p. 35.  
 Gravis, viridi-alba, digitos non inquinat.  
 In Devonia.
- 8) Argilla igne pallide - flava, fabulosa.  
*Argilla pallide-cerulea, durissima, tenax.* HILL. *Hist. of fossils.* p. 29. *Argilla cœruleo-alba,* DA COSTA *Hist. of fossils* p. 35.  
 Cœruleo-alba, flavo-variegata, gravis, digitis non adhæret nec linguæ, insigniter fabulosa.  
 Passim in Anglia.
- 9) Argilla igne pallide flava, unguinosa, sabuli expers, alcalina.  
 Grysea, linguæ non adhæret.  
 Kolbshemii.
- 10) Argilla igne pallide - flava, cum vestigio rubedinis, splendens, fabulosa.  
*Argilla albo-cinerea, laevis* HILL. *Hist. of foss.* p. 20.  
*Argilla communis alba;* Birckenthal. *Verfuch einer neuen Mineralogie.* §. 90.  
 Digitis vix, linguæ neutiquam adhæret, aliquid sabuli vehit.  
 Passim in Anglia prope superficiem terræ, audit ibi Golt, nec non in Sueciæ Sudermannia.  
 Huc pertinet argilla alba, paucō luteo variegata, cuius decima pars fabulo constituitur.  
 Ex arenariis Landaviensibus.
- 11) Argilla igne cœrulescens, cum vestigio rubri, laxa, fabulosa, alcalina.  
*Argilla subcœrulea, friabilis, mollior,* HILL. *Hist. of fossils* p. 28. *Tripela argillacea cum acidis effervescentes* LUDWIG *Terr. Mus. Dresl.* p. 92. *Argilla cœrulea quarta* DA COSTA *Hist. of fossils* p. 59.

Levis, digitos non inquinat, mica conspersa est, linguæ adhæret.

Passim in Anglia occurrit, & ad opera figulina adhibetur.

12) Argilla igne coerulescens, unguinosa, alcalina.

*Stentites alba altera Italica* DA COSTA Hist. of fossils p. 44.

Alba cum vestigio rubri & flavi, flavo variegata, levius, friabilis, linguæ adhæret.

13) Argilla igne violacea, unctuosa, fabulosa.

*Lithomarga violacea*, cum acidis non effervescentibus LUDWIG Terr. Mus. Dresd. p. 159. qui huc glebam ex Variscia & Maldiviensem Asiaticam adducit. Argilla violacea DA COSTA Hist. of fossils. p. 58.

Color violaceus, digitos non inquinat, firmiter linguæ adhæret.

In Germania & Asia.

14) Argilla igne plumbea, unctuosa, fabuli expers.

*Argilla cœrulea tertia* DA COSTA Hist. of fossils p. 59.

Gravis, dura, digitos non tingit, linguæ fortiter adhæret.

Parisiis.

15) Argilla igne nigro coerulea, fabulosa, alcalina.

*Argilla cinereo-rubra* DA COSTA Hist. of fossils 51.

Levis, linguæ firmiter, digitis neutiquam adhæret, sapore nauseoso gaudet

Passim in Hispania, maxime ad Toletum occurrit.

Ea Hispani ad depuranda vitra, usus fullonum & figurorum utuntur.

16) Argilla igne pallide rubra, splendens, unguinosa, fabuli expers.

a) Nigra.

*Terra pinguis GALEN.* de simpl. medic. facult. L. IX.

MERCATI Metalloth. p. 18. Mus. Calceol. 128.

*Smeelis*

*Smectis niger cum acidis non effervescentes* LUDWIG  
*Terr. Mus. Dresd. 112.* qui eo terram Glashut-  
 tensem & Harthenensem refert. *Argilla nigra pon-  
 derosa tenax,* quæ terra nigritis Galeni HILL.  
*Hist. of fossils p. 35.* *Argilla nigra ponderosa* DA  
 COSTA *Hist. of foss. p. 30.*

Nigra, digitos non inquinat, quædam ejus speci-  
 mina firmiter linguæ adhærent, quædam neuti-  
 quam.

Olim in Lybia, hodie in Abrutii montibus Italiæ,  
 Germania, Anglia ex terra eruitur.

β) *Fusca.*

*Smectis cinereo-fuscus*, cum acidis non effervescentes,  
 LUDWIG *Terr. Mus. Dresd. 112.* qui huc Magde-  
 burgensem, qua fullones utuntur, Annabergicam,  
 & Schaumburgensem terram adducit. *Argilla pon-  
 derosa viridi-fusca, rubro variegata* DA COSTA  
*Hist. of fossils 56.*

Firmiter linguæ adhæret.

In Comitatu Northamptonensi Angliæ & Saxonia  
 occurrit.

γ) *Flavescens.*

*Ochra ponderosa, dura, pallide flavescentes* HILL *Hist.  
 of fossils 51.*

Pallide lutea linguæ & digitis adhæret.

In Gallia, Anglia & Germania occurtere dicitur, &  
 a pictoribus in usum trahi.

Huc pertinent: *Argilla pallide lutea, maculis gry-  
 seis variegata, leviter unguinosa, ad Hagenoviam  
 sub strato siliceo occurrens, &*

*Argilla grysea, luteo variegata, leviter linguæ adhæ-  
 res, ex Rittloch ad Rapoltivillam, nec non*

*Argilla alba, luteo variegata, cuius aliquid cum*

aqua filtrum transit; ex fodina ferri ad Cleburg prope Weisseburgum.

17) Argilla igne pallide rubra, fabuli expers.

a) Cœrulescens.

*Argillæ communis plasticæ varietas. Versuch einer neuen Mineral. S. 90. Argilla pallide cinerea, friabilis DA COSTA Hist. of fossils p. 46.*

Pallide cinereo - alba & digitis & linguæ adhæret.  
In Comitatu Flintensi.

b) Lutea.

*Ochra Italica lutea DA COSTA Hist. of fossils 97.*

Levis, friabilis, asperiuscula, digitis quidem, sed nequaquam linguæ adhæret.

A Pictoribus Italis in usum trahitur.

18) Argilla igne pallide rubra, fabulosa.

a) Ex luteo cœrulescens, linguæ non adhæret, cuius vigesima pars fabulo efformatur; Landaviæ ad sylvam, adhibetur ad opera figulina: &  
Alia, quæ rubra est & aspera, linguæ non adhæret, & cuius quarta & decima pars fabulo efformatur.  
Ad Reiherwald.

b) Sordide albo - cinerea, nec digitis nec linguæ adhæret, ejus quadragesima pars fabulum habet.

Ad Hagenoviam.

Adhibetur ad porcellanam spuriam.

c) Grysea, durior, cuius sedecima pars fabulum est, linguæ adhæret.

Ad Hagenoviam.

Figulis inservit.

d) Alia præcedenti similis, cuius undecimam partem fabulum efformat.

Ad Kaltenhausen.

Inde parantur vasæ, quæ igni egregie resistunt.

19) Ar-

19) Argilla igne carnea, laxa, lœvis, fabulosa.

a) Cinerea.

*Clay of a pale asb colour.* WOODWARD *Nat. Hist. of fossils* I. pag. 4. *Argilla apyra pallida.* WALLER. *Mineral.* p. 27. BELIEVRE, *Oryctologie* 123. *Argilla apyra Gallica.* LINN. *Mus. Tessin.* 110. *Argilla cinerea quinta.* DA COSTA *Hist. of fossils.* 46.

Profunde cinerea, manus leviter inquinat, & linguæ adhæret.

In Comitatu Angliæ Flintensi & Galliæ Normannia occurrit.

b) Rubra.

*Ochra friabilis ponderosa, Sil Syrium antiquorum.* HILL. *Hist. of fossils.* p. 57. *Ochra friabilis ponderosa rubra.* DA COSTA *Hist. of fossils.* p. 92.

Gravis, pulchre rubra, linguæ & digitis adhæret.  
Passim in Angliæ.

A Pictoribus maxime in usum trahitur.

20) Argilla igne rubra, splendens, fabuli expers.

*Argilla subcœrulea tenax.* HILL *Hist. of fossils* p. 28.

Gravis, pallide fusca, cum vestigio cœrulei, mica conspersa, nec linguæ, nec digitis adhæret.

In Northamtonia Angliæ.

Huc accedunt:

Argilla pallide lutea, colore corneo instructa.

Ad Muhlhusium, ubi inde tegulas coquunt.

Argilla luteo-cornea, insigniter unguinosa, saponis in modum rasilis.

Ad Altkirch, ubi figulis in usum cedit.

Argilla obscurior, copioso griseo variegata.

Indidem.

21) Argilla igne rubra, fabuli expers, alcalina.

*Argilla indurata alba Italica.* DA COSTA *Hist. of fossils.* p. 43.

Levis, pallide alba, firmiter linguæ adhæret.

Ex nostratisbus huic adscribendæ sunt:

Argilla grysea, cum vestigio flavedinis, cuius vix octuagesima pars fabulum habet, linguæ non adhærens.

Ad Blæsheim. Hac ad porcellanam spuriam utuntur.

Argilla grysea luteo variegata, linguæ adhæret, igne læte rubra evadit, & ita induratur, ut ex chalybe quoque scintillas eliciat.

Blæsheim, in der Landmanns.- Grube.

22) Argilla igne rubra, fabulosa, alcalina.

a) Rubra.

*Argilla rubra altera.* DA COSTA Hist. of fossils 51.

Læte rubra cum vestigio aurantii, dura, digitos non tingit, levissime adhæret linguæ.

In Comitatu Surryensi. In pago Bernatum Helvetiæ autem occurrit varietas pallidior & asperior.

b) Fusca.

*Argilla dura, pallide fusca* HILL. Hist. of fossils p. 27.

& *fusca ponderosa teuax.* E. J. VED. ibid. *Argilla pallide-fusca.* DA COSTA Hist. of fossils 58.

Arida, mica conspersa, firmiter adhæret linguæ.

In Comitatu Staffordiensi.

Adhibetur ad opera figulina.

2) Albo cinerea.

*Argilla alcalina albo-cinerea mollis.* HILL Hist. of fossils. p. 21.

Levius cohæret.

Pasim in Anglia occurrit, & ad opera figulina adhibetur.

Huc accedit argilla grysea, cuius tertia & vigesima pars fabulo efformatur, Hagenoviæ sub humo nigra

gra reperiunda, quæ ratione facilioris in igne fusionis ad Limum accedit.

23) Argilla igne rubra, fabulosa.

a) Cinereo-fusca, lævis, dura.

*Marga cinereo-fusca.* DA COSTA Hist. of fossils. 71.

Nica alba conspersa, nec linguæ nec digitis adhæret.  
Scopuli insulæ Shappey in Cantio toti ex hac argilla constant.

b) Grysea, pallida, linguæ non adhærens, cuius vix sexagesima pars fabulum est.

Mergenthal.

Figulis inservit.

c) Pallide rubra, lævis friabilis.

*Ochra friabilis pallide rubescens,* quæ *Bolus Veneta vulgo.* HILL Hist. of fossils 59. *Ochra rubra,* *Bolus Veneta dicta,* DA COSTA Hist. of foss. 95.

Linguæ & digitis multum adhæret, parum fabulosa.  
In Carinthia.

Ex Venetia in orbem ad usus pictorios mittitur.
